Brzeziny antiqua Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Branscensibus personaliter comparentes nobiles Joannes olim Bartholomaei Kosek et Eua filia olim Pauli Brzezinski coniuges ipsa quidem Eua cum eiusdem mariti sui authoritate et assa sani mentibus et corporibus existentes palam publice ac libere recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recognouit. Quia nobili Joanni olim Melchioris Brzezinski bonorum suorum immobilium in haereditate Brzeziny antiqua sit aream sex sulcorum a via per villam tenden. ad campos protenden. inter metas Pauli et matris sui iacen. cum horto arboribus non cindendis et omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinen. et pertinentijs nullis exceptis in viginti vno floren. polon. de anno in annum et sic consequenter vsq. ad exemptionem et summa praefata integram et indiuisam exolutionem obligauit et inscripsit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac paca possone per illum et illos duos officiose acceptan. dant et admittunt. Pacemq. tuitionem et Euictionem omnimodam occone praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eiusmodi cauent sub vadio simili alterius eiusmodi summae Et coram officio prti peremptoria misione sine vlla Dilatione motione appellatione diffugio quouis ac Exceptione.

Osmolski Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Gregorius olim Jaroslai Krasowski Sobota de Szmurty haeres sanus mente et corpore exins palam et libere recognouit. Quia nobili Alberto Osmolski filio nobilis Valentini et ipsius posteris obligationem suam terrae in nobilis in bonis Szmurty sit sibi recognoscenti per illum Valentinum olim Andreae Krasowski in Tredecem florenis polon. inscript. cum omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis suae ac parati Intromissione possone tuitione Euictione et ligamentis in originali Inscriptione contentis accepta sua sufficienti satisfactione demittit omneq. et integrum ius suum sibi ad praemissa seruiens in personam eius et ipsius successorum plenarie transfert et transfundit Intronem illi exnunc realem cum actuali ac paca possone offose acceptandam admittendo.

Radziszewski Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscensibus personaliter comparens nobilis Joannes olim Stanislai Radziszewski sanus mente et